



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1838

IX. Graf Günther von Lindow bekräftigt eine Schuldverschreibung an das Kloster, im J. 1327.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

VIII. Markgraf Ludwig verzeignet dem Kloster die Grävendiksmühle.
im J. 1326.

Nos Lodowicus, dei gratia brandenburgensis et iusticie Marchio etc. Recognoscimus etc. Quod nos proprietatem molendini quod Grenedik vulgariter nuncupatur, cum omni libertate et pleno jure, cum omni precaria et seruitio quocumque nomine censeatur, absque omni prorsus angaria et perangaria qualitercumque nominari possit, preposito et sanctimonialibus Cenobii ad sacrum sepulchrum in Teghow vendidimus pro quatuor Marcis brandenburgensis argenti et nos pagatos esse, et contentos fore de solutione pecunie memorate. Tradidimus ergo per presentes et donamus proprietatem supradictam predictis preposito et sanctimonialibus etc. Testes enim sunt huiusmodi vir Dominus Guntherus Comes de Lindow, Johannes et Henricus Milites dicti de Crocheren, yo de Konigesmark, fredericus et Henricus de seepelis, hampo de Kerbere, Godeke de brytzeke et plures alii fide digni. Datum et actum Ruppin Anno Domini M^o CCC^o XXVI. in die prisce virginis.

Nach dem Original.

IX. Graf Günther von Lindow bekräftigt eine Schuldverschreibung an das Kloster,
im J. 1327.

Nos Guntherus, dei gracia comes in lyndow, tenore presentium obligamus nos promittimus ex parte Andree de Ghuelen famuli et suorum fratrum, persolvere honesto et provido viro preposito claustralium in hilghen graue, nec non Religiosis dominabus claustralibus abbatisse ac toti conventui ibidem persolvere finaliter viginti quinque marcas Brandenburgensis argenti in festo Beati Michael archangeli proxime venturo cum equis aut pulchris pannis estimandis et taxandis a quatuor viris de arbitrio predictae partis et nostre vt rationale fuerit eligendis. Datum Reppin feria sexta infra octavas sanctorum petri et pauli apostolorum, sub nostro sigillo presentibus in testimonium appenso. Anno domini M^o CCC^o XX^o septimo.

Nach dem Original.

X. Mehrere Knappen verbürgen sich für den vom Kloster mit Gebrüdern von Osterburg geschlossenen Kauf des Dorfs Heidelberg, im J. 1328.

Nos Jordanus de Crochern, Godeke de brizeke, Ludolfus crusemarch, Conradus parish, Rabode de Colrep, Rodingus de bysmarch, Rodingus de blumendale, famuli, nec non et henningus ac Fredericus fratres Johannis de osterburch, recognoscimus et tenore presentium publice profiteamur honorabili viro domino Theoderico preposito monasterii sanctimonialium ad sacrum sepulchrum in theckow suo et ecclesie predictae nomine promissum recipienti, nec non honestis viris domino hyoni similiti de Conigesmarch, buffoni de parish, damieli de Grambow et Alberno de conigesmarch, famulis, eiusdem ecclesie nomine ac vice similiti promissum recipientibus, fidem nostram ipsis omnibus ad promissum in solidum posuimus manibus copulatis, quod in contractu inito super bonis ville heydelberghe, quantum ad omnes eius pertinentias, agros scilicet, pascuia et prata, riuos, nemora, vias et iniuias, paludes, piscaturas et